Resp. tales uniuersi mundi incolae censeri; & ideo in quouis loco, in quo reperiuntur, conueniri, & iudicari posse; sic urgentenecessitate publica, ne caeteroquin cum effectu conueniri nequeant. Covarruv. praef. 99. cap. 11. n. 12. Gail. cit. obs. 44. n. 12. Obrecht d. cap. 11. n. 42. & seqq. P. König h. t. num. 12.

cessitate publica, ne caeteroquin cum effectu conueniri nequeant. Covarruv. praef. 99. cap. 11. n. 12. Gail. cit. obs. 44. n. 12. Obrecht d. cap. 11. n. 42. & seqq. P. König h. t. num. 12.

praeterquam, si Forum originis habeant, in quo, si reperiri alibi non possint, conueniri debent, ut habet Stryck. cit. cit. §. 18. & dictum supra in num. 43.

SECTIO III.

De Foro Rei sitae.

SUMMARI A.

74. & seq. Alter modus fortiendi Forum est Res sita. 76. Qui pertinet ad actiones reales & in rem scriptas. 77. & seq. Res mobilis, in loco stabiliter existens, ibidem potest repeti. 79. & seq. Quando transeunter tantum est in loco, repeti non potest. 81. & seq. Ponitur duplex exceptio. 83. Negant multi, actionem realem in loco rei sitae institui posse, si possessor ibidem non reperitur. 84. Afirmant alii. 85.

Cum posterioribus contra priores concluditur. 86. Soluitur textus oppositus. 87. & seq. Possessor, alienò nomine rem tenens, nominare debet auctorem. 89. Emptor, reiempta nomine conuentus, laudat uenditorem. 90. & seq. Iudicium acquirenda uel retinenda possessionis reuocanda in loco rei sitae instituitur. 92. & seq. Resp. ad l. 1. §. 3. ff. & l. 2. Cod. de Interd. 96. & seq. Idem de possessore recuperanda statuatur.

§. I.

Quid & cur institutum sit Forum Rei sitae?

74. Alter titulus & modus de Jure Communi Forum fortiendi est Res sita, seu locus ille, in quo res contro uersa, qua actione reali petitur, existit. Cum enim in actione reali potior rei quam persona consideratio habeatur; ac summa fudeat aequitas, rem ibi defendi, ubi est: tum quia & probatio causae expeditior, & executio sententiae facillior est: tum quia non iuste iudicium loci detrectat, cuius Iurisdictionem & protectionem res ibidem sita experitur: ideo salubriter est dispositum, quod actio realis moueri possit in eodem loco, ubi res contro uersa, cuiuscunq; conditionis sit possessor. Clericus aut Laicus, existit cap. sane 3. cap. ult. h. t. l. quod legatur 38.

ff. de Judic. l. ult. Cod. Ubi in rem actio &c. l. unie. Cod. Ubi de herediis.

Dixi: actio realis. Nam actio personalis, cum immediatè respiciat personam, nequit intentari in loco rei sitae, nisi in rem scripta sit, qualis est actio quod metus causa, actio quadrupedaria, actio ad exhibendum &c. haec siquidem, cum actionem realem eatenus imitetur, quatenus contra quemcunq; possessorem moueri potest; imitatur quoque eandem actionem in hoc, quod ibi, ubi res metu v. g. extorta, aut ad noxae deditioem uel exhibendum debita, est sita, moueri ualeat: cum & cognitio & restitutio illi comodior sit. Panor. ad c. ult. h. t. n. 43. P. König ad eund. cit. n. 28.

§. II.

An etiam res mobilis in loco rei sitae repeti possit?

77. Dico I. Quando res mobilis est in loco uel stabiliter, uel notabili saltem tempore, ibidem repeti potest. Panormitan. in cit. cap. ult. h. t. n. 43. P. Engel d. t. n. 17. P. König ibid. num. 26. Gletie p. 2. pandect. 9. 7. n. 2. Ratio est partim: quia Jura, in n. 74. allegata, nec distinguunt inter res mobiles & immobiles, nec rationem distinguendi habuerunt: partim quia in cit. l. quod legatur 38. ff. de Judic. aperta fit mentio rei mobilis in §. Et si mobilis rei sit &c.

bilis, in loco transitus transeunter existens, potest repeti: neque enim, quod in loco non manet, censetur ibidem exiltere arg. d. l. ult. Cod. ubi in rem ibi: in locis, in quibus rei constituta sunt l. debitor 32. ff. de Pignor. l. quae sunt 78. §. fin. & l. sita 86. ff. de Legat. 3. l. generali 32. §. 2. ff. de Usu & usufr. leg.

79. Dico II. Quando res mobilis tantum transeunter est in loco, ut si Titius ciuis Passauiensis equò, quem mihi uendiderat, & per clausulam constituti tradiderat, iter faciens Salisburgi transiret, nequit ibidem actione reali operari. Auctores, antea laudati. Ratio est: quia textus, Forum rei sitae comprobantes, intelligi debent cum effectu. Atqui cum effectu non possent intelligi, si res mo-

Excipiendus est autem cum DD. nominatis geminus casus. Primus, quò res mobilis, quae antecederet loco per forum substracta fuit, ad eundem locum cum fure transeunter peruenit: tunc quippe non tam propter titulum rei sitae, quam propter delictum in loco transitus vindicari potest arg. cap. ult. h. t. Secundus, quò rei possessor, immobilia non habens, de fuga suspectum se facit: eò enim eventu, si possessor idonee non caveat, res in loco transitus rectè sequestratur per l. si fideius. for 7. §. ult. ff. Qui satisfacere cog. ubi Brunnem. in commentar. n. 5. & seqq.

§. III.

Possitne actio realis in Foro Re sita moveri, tametsi possessor ibidem non reperiat?

83 Negativè decidit cum Sichardo, Barbo-
sa, Zoëll ad tit. ff. de Judic. n. 78. Oliva
For. Eccles. p. 3. q. 23. n. 8. ob textum in d. l.
ult. Cod. Ubi in rem actio &c. in quo actio realis
adversus possidentem moveri jubetur; & textum
alium in l. un. Cod. Ubi de heredit. in quo
resolvitur, petitionem hereditatis esse insti-
tuendam, vel in loco domicilii, vel in loco hereditatis
sitæ, si conventus ibi degit.

84 Affirmativè decidere non verentur Vultejus
de Jurisdic. ad l. in rem 1. Cod. Ubi in rem
actio n. 20. P. König cit. l. n. 31. D. Gletle cit.
4. 7. n. 3. Fleck. in Biblioth. lib. 5. tit. 10. num.
101. quibus argumentum fortissimum sup-
pedat textus in l. si quis 2. Cod. d. 1. dum enim
ibidem decernitur, reum, actione reali con-
ventum, si absens sit, ad locum rei sitæ citan-
dum, & missionem in bona, si citatus non com-
pareat, decernendam esse, procul dubio sup-
ponitur, actionem realem in loco rei sitæ mo-
veri posse, quantumvis possessor non sit præ-
sens. Accedit textus similis nonis & vigo-
ris in cap. ult. §. in aliis §. quod si super &c. Ut lite
non concessa &c.

85 Textus, pro negativa decisione adducti,
neutiquam decisionem affirmativam concu-
tiunt. Nam cit. l. ult. bifariam explicari po-
test, vel, quòd existimet, reum conventum
esse in possessione rei naturaliter; vel quòd
credat, eundem in possessione saltem civiliter
existere; vel quòd per possidentem intelligat co-
lonum, depositarium, aut alium, qui alterius
nomine & impropiè possidet arg. l. communi
7. §. 11. ff. Communi divid. veluti statim diluci-
dus explicabitur.

86 Ad textum in cit. l. un. Cod. Ubi de hered.

Resp. illum haud aliter, atque alios textus Co-
dicis, ad singularem facti speciem emanasse;
eaque propter argumentum a sensu contrari-
o, dum luculentus textus ex opposito in cit.
l. si quis 2. Cod. Ubi in rem &c. extat, non ad-
mittere.

Notandum verò hic I. quando possessor rei 87
controversæ non est in loco rei sitæ, ejus ta-
men nomine & vice alius est in possessione,
seu verius detentione rei, actionem realem
contra detentorem quidem moveri posse, at
sine obligatione, litem suscipiendi: nam talis
detentor potest nominare suum autorem,
cujus nomine rem tenet; quà nominatione
facta, lis tota in autorem dirigitur; &, nisi
citatus se sistat, immisionem in bona iustine-
re cogitur d. cap. ult. §. in aliis §. quod si super &c.
Ut lite non concessa. d. l. si quis 2. Prolixè Lanter-
bach in dispus. de Nominatione, quæ in Vol. 1. di-
spus. Tubingens. est 18. ubi in rh. 8. & 9. idem 88
reponit de creditoribus pignoratitiis, de
superficiariis, de usufructuariis, de employ-
teutis & vasallis, quòd nempe nominatione
proprietary litem declinare valeant, si ratione
proprietary convenientur; secus si ratione
juris, quòd ipsismet competit.

Notandum II. aliud obtinere, quando em-
ptor ratione rei emptæ reali actione conveni-
tur: is enim autorem suum, hoc est, ven-
ditorem, non nominare, sed laudare solum,
id est, vocare potest, ut in lite, rei emptæ no-
mine mota, assistat, defendat, & juvet: sic-
que emptor litem non effugere, sed assisten-
tiam duntaxat & defensorem in lite permit-
tendi habere l. in rem 1. Cod. Ubi in rem actio &c.
P. Engel b. 1. num. 16.

§. IV.

Utrum in loco rei sitæ etiam Possessorium Judicium instituat?

90 Judicia possessoria triplicia sunt, adipiscen-
dæ, retinendæ, & recuperandæ possessionis.
Judicia possessionis adipiscendæ & retinendæ
in loco, ubi res, de cujus possessione agitur, est
sitæ, exerceri posse, ambigere non licet, tum
propter l. un. Cod. Ubi de possessione &c. tum pro-
pter l. un. Cod. Ubi de heredit. &c. ibi: illic, ubi
res hereditaria est, proponit, heredes in possessionem
verum hereditarium mitti, postulandum est. Vul-
tejus ad cit. l. n. 41. & seqq. Vinn. select. qq. lib.
1. cap. 18. Fleck. cit. lib. 5. tit. 10. num. 102.

91 Ratio est: partim quia Judicia de adipiscenda
& retinenda possessione, cum orientur imme-
diatè ex jure reali, & ipsa sunt realia: partim
quia causa possessionis tam archè confiderata
est causæ proprietatis, ut utraque coram
eodem Jure ventilarì debeat cap. suscepti 1.
de Causa Possess. & Propriet.

92 Dices I. interdicta omnia sunt personalia.
l. videamus 1. §. 3. ff. de Interdict. ibi: ut tamen
ipsa personalia sunt.

Resp. ex hoc ipso textu colligi, interdicta
quædam esse realia remedia, per verba ante-
cedentia ibi: licet in rem videatur concepta, eò
quòd actor, possessionem defendens aut pe-
tens, non in jure personalis fed realis quando-
que se fundet: dici tamen interdicta esse vi 93
& virtute personalia, relatione facta ad Præ-
torè interdicentem, qui suo mandat illas so-
las personas, quæ possessionem turbabant aut
impediabant, stringebat; aliter atque in edi-
ctis, quibus, veluti Legibus communibus,
omnes omnino ligabantur.

Dices II. Præses provinciam eum, qui ejusdem 94
provincia non est, nec ex interdicto potest cognoscere.
Textus in l. præses 2. Cod. de Interdict. Ergo
actiones possessorie coram alio Præside & Ju-
dice, ac domicilii proprii, non possunt institui.

Resp. negandò consequentiam. Sensus 95
namque prædictæ l. est, quòd Præses alienus
nequeat cognoscere ex interdicto, si in ipsius
provincia nec res, de quarum possessione
agitur,

agitur, sitæ sunt; nec turbatio aut violentia
commissa est. Id, quòd nihil novi, sed regu-
lare est: cum Juxta, cujus Foro reus ex
nullo titulo subiectus est, ceu incompetens,
nec debeat, nec possit Jurisdictionem inter-
ponere.

96 Similiter, quòd Judicium possessorium de
recuperanda possessione possit institui in lo-
co, in quo res antea possessa existit, dubitare

non sinit textus in l. un. Cod. Ubi de possess. agi
oport. Authores in num. 70. cit. Tamen 97
enim interdictum unde vi, quò possessio vio-
lenter ablata repetitur, cum proximè suboriat-
ur ex delicto, non reale, fed personalè sit:
nihilominus in loco possessionis idèo moveri
permittitur, quia ibi facilissimè & expeditissimè
est effectus, dum spoliatus mox in pos-
sessionem rei ablata restitui potest.

SECTIO IV.

De Foro Contractus.

SUMMARIUM.

98 Describitur Forum Contractus. 99 & seq.
Est absolutum quoad omnes contrahentes. 101.
Est seq. Et quoad omnes contractus. 103. &
seq. Locus inite conventionis est Forum Con-
tractus. 105. Nisi solutio in alium locum desti-
nata fuerit. 106. Tunc enim in fundat judi-
cialem conventionem. 107. & seqq. Varia sen-
tentia de dissolutione Contractus. 110. & seqq.
Eligitur illa, qua determinat locum contractus.
113. & seqq. Evadunt recessus in l. 2. Cod. Ubi
& apud quem. 117. Debitor non potest in
loco Contractus de Jure Can. directè conveniri,
nisi ibidem reperiat. 118. & seqq. De Jure
Civili quidam aliter statutum existimant. 122.
& seqq. Concordatur cum Jure Can. 126. &
seqq. Datur exceptio. 129. In loco solutionis
in negotiis stricti juris conveniendus est debitor

de Jure Civili. 130. & seqq. Præter tamen in-
dultè actionem de eo, quòd certo loco, per quam
alibi conventio permittitur. 132. Jus etiam
Civile hoc concessit in negotiis bona fidei. 133.
& seqq. Locus alius est locus domicilii. 135.
Ponuntur quatuor casus de loco solutionis. 136.
& seqq. Si plura loca sint conjunctivè determi-
na, solutio ubique pro rata petitur. 138. &
seqq. Si disjunctivè, solutio tota ubique exigi po-
test. 141. & seqq. Si ad arbitrium credito-
ris, ubicunque ei placuerit, locus domicilii vel
contractus est spectandus. 146. & seqq. Si ad arbi-
trium quasi debitoris, ubicunque reperitus fuerit,
locus quilibet, in quo moratur, est congruus.
148. Si loca quadam expressè cum clausula gene-
rali, loca non adeò distincta consensur subintel-
lecta.

§. I.

Quid sit Forum Contractus?

98 Tertius & communis Forum fortiendi mo-
dus est Contractus, seu locus, in quo ali-
quis contractum, ratione cujus debitorum se
fecit, celebravit cap. ult. cap. dilecti 17. h. t. cap.
Romana 1. §. contrahentes eod. in 6. l. heres ab-
sent 19. §. 1. & seqq. ff. de Judic.

Dixi I. in quo aliquis. Nec refert, Clericus
an Laicus contraxerit. Nam, esto Clericus
alterius Diocesis Episcopi Jurisdictionem in
se prorogare nequeat voluntate propria, &
expressè, potest tamen voluntate tacitè & à
Jure roboratà; sicut in aliena Diocesi con-
trahens, coram Episcopo illius Diocesis con-
veniri potest d. cap. Romana 1. §. contrahentes
h. t. in 6. cap. volentes 1. in pr. de Privileg. eod.

100 in 6. Fallit regula in Legato quoad con-
tractus, ante legationem itos juxta l. consen-
siffe 2. §. 3. ff. de Judic. nisi specialiter in loco
legationis per pactum constituti promiserit,
fed soluturum ibi, quòd in alio loco per ante-
cedentem contractum solvere tenebatur, uti
videtur innuere textus in l. cum qui §. 1. ff.
de Pecun. constit. Brunn. ad d. l. consensisse n. 3.

101 Dixi II. contractum celebravit. Qualis au-
tem contractus sit initus, realis vel conten-
tuus; bonæ fidei vel stricti Juris; verus vel
quasi contractus; in materia Ecclesiastica
vel Civili, non attenditur, juxta textus ci-

tatos. P. König h. t. n. 37. Obrecht d. l. 3.
cap. 12. num. 13. Miller ad Struv. d. exercit. 9.
th. 40. Unde &, si quis diocesanus Au-
gustanus in Constantiensi Diocesi sponsalia
contraxerit, ab Episcopo Constantiensi ad im-
plenda sponsalia, modo infra determinandò,
compelli potest. Miller cit. l.

Censetur verò locus contractus regulari-
103 ter esse, in quo conventio mutuò contra-
hentium consensu perfecta est. l. omnem 70.
l. argentarium 45. §. 1. ff. h. tit. Rota Rom. in
rec. p. r. tom. 1. dec. 395. n. 2. & rom. 2. dec. 98.
n. 11. P. Engel d. t. n. 9. Ummiss de processu
d. disp. 4. th. 1. num. 5. Struv. d. exercit. th. 40.
Miller ibid. Lauterbach cit. l. th. 47. Fleck.
d. lib. 5. tit. 10. n. 78. & seqq. Cujus ra-
104 tio est: vel quia, qui locus contrahendæ ob-
ligationi destinatus est, implendæ quoque ob-
ligationi definitus esse censetur: vel quia
certiora rei documenta in loco contractus
initi haberi possunt.

Dixi regulariter. Etenim si contrahentes
105 alibi, quam in loco conventionis solutionem
vel implementum sue obligationis facere
sponderint, ac Salisburgi v. g. emptionem
venditionem celebrante pro exolvendo
pretio Viennam determinarint, non locus
initæ emptionis venditionis (seu Salisbur-
gum)

gum) sed locus, pro solutione deputatus (seu Vienna) Forum contractus censetur *cap. disticti 17. h. t. cap. volentes 1. in pr. de Privileg. in 6. l. heres absens 19. §. ult. ff. de Juristic. l. contraxisse 21. ff. de O. & A. l. aut ubi 3. ff. de Rebus, auctorit. Jud. possidend. Rota in rec. p. 10. decis. 181. n. 15.*

106 Hanc ipsam tamen exceptionem de solafacultate conveniendi & judicandi, non verò

de proprietatibus, qualitatibus, & accessoriis contractuum intelligendum; proindeque contractus quoad solennitates; interpretationes, utrasque &c. non juxta consuetudinem loci solutionis, sed celebrata conventionis regulandos esse, colligitur ex *l. si fundus 6. ff. de Eviction. & ibi Brunnem. l. cum judicio 1. in pr. ff. de Usur. ac tradit cum Oliva 3. p. q. 22. à n. 45. Panormitan. ad cap. ult. h. t. n. 30.*

§. II.

Utrum in loco contractus agi possit ad distractum?

107 **I**N exemplo, minorennis quidam Salisburgi vendidit domum suam. Quaritur, an si læsum se sentiat ex venditione, restitutionem Salisburgi petere, & agere possit ad restitutionem contractus? Negat cum communiter, ut ipse quidem ait, Brunnem. ad *l. quoniam ea 2. Cod. ubi & apud quem n. 1. & seqq.* Lauterbach ad *tit. ff. de Rebus. in integr. §. 13.* Affirmat cum multis Covarruv. *Par. resol. lib. 1. cap. 4. n. 1.* Molina de *J. & F. rr. 2. disp. 523. n. 21.* Obrecht de *Jurisdic. cit. lib. 2. cap. 12. num. 18.* Ummius *cit. disp. 4. th. 1. n. 7.* Fleck. *d. tit. 10. n. 77.* D. de Ballis in *50. decis. Justinian. decis. 4. n. 6.* Distinguit post alios Oliva *For. Eccles. cit. p. 3. q. 22. à n. 9.* ac, ubi contractus ex utraque parte completus est, agere ad distractum non permittit; permittit verò, si contractus adhuc ex utraque parte completus non sit.

110 Secundam sententiam, ut eligam, convincit textus in *l. in contractibus 14. §. ult. Cod. de N. N. P.* ubi de querela non numeratæ pecunie dicitur, quòd moveri possit *in locis, in quibus contractus est factus.* Atque querela hæc tendit ad distractum, seu contractum dissolvendum. Ergo &c. Ratio est: quia in loco contractus non idèò solum agere licet, quòd contrahentes tacite implementum contractus ibidem promiserint, ut existimat Lauterbach *cit. §. 13.* sed etiam quòd testes, cæteraque ad causam instruemdam idonea, certius & exactius ibidem inveniantur, ut dictum in *num. 104.* Quæ ratio æquè militat pro

dissolutione, quam adimpletione contractus.

Obstaculum ponere videtur textus in *d. l. 12. quoniam ea 2. Cod. Ubi & apud quem &c.* in qua decisum reperitur, in causa rescindendæ transactionis adendum esse Præsidentem ejus provincie, in qua domicilium habent, quos actor convenit. Videtur, inquam: revera non ponit. Nam Imperatores non loquuntur taxative, nec enarrandò Forum domicilii, Forum contractus excludunt; quemadmodum nec in *l. Juris ordinem 2. Cod. de Jurisdic. litem Imperatores*, dum super inito contractu in loco domicilii agendum esse, rescipserunt, Forum contractus sustulerunt. Quin & *114* supponere poterunt Principes, reum conveniendum in loco contractus reperitum non esse; quò casu sponte largimur, ad Fori domicilii decurri debere, secundum dicenda in *§. seq.*

Nec infles cum Brunnem, ad *cit. l. quoniam ea n. 5.* sic nihil peculiariter in eadem *l.* ab Imperatoribus esse statutum. Neque enim Lex omnis speciale aliquid constituit, sed Leges præcedentes per se vel magis explicat, vel amplius confirmat. Implese Brunnem. *d. l. n. 6.* fatetur, in subscriptione *cit. l.* errorem deprehendi, dum inscriptio se refert ad tertium Consulatum Lampadii & Orestis *531.* quasi Lex una ex novis & *50. decisionibus Justinianis foret*: cum tamen Author *l.* non sit Justinianus, ut claret ex inscriptione, sed Diocletianus & Maximianus Imperatores.

§. III.

Possitne in loco contractus debitor conveniri, si ibidem non reperitur?

117 **S**ed Jus Canonicum vertamus oculos, in *cap. Romana 1. §. contrahentes h. t. in 6.* expedita est resolutio, debitorem in loco contractus invitum comparere non cogi, nisi ibidem reperitur: quòd si tamen citatus non compareat, ac bona vel in loco contractus vel in loco alio habeat, immisionem in bona decerni posse, vel à giudice loci contractus, vel, ad requisitionem, à giudice bonorum. Eamque resolutionem usu fori approbatam, ex unanimi DD. confessione perhibet Struyck, in *usu mod. pand. ad tit. de Juristic. §. 21.* cui consensit Reverendiss. Petrus Guetrather *Instit. Jur. Can. lib. 3. tit. 1. sub n. 17.*

118 Verum, respiciendò ad Jus Civile, sat mul-

tis, nominatim Struv. *cit. exercit. 9. th. 42.* Frankio ad *tit. ff. de Juristic. n. 37.* Lauterbach *ibid. §. 48.* & aliis videtur, debitorem conveniri posse in loco, sive reperitur ibidem, sive non. Nec desistuntur suo fundamentò. *119* Inprimis enim in *cit. l. heres 19. §. 1. in fin. indisciplinatum asserit, debitorem in loco contractus conveniri posse, licet domicilium ibi non fixerit. Deinde in criminibus 120 remittendus est reus absens in locum, ubi deliquit *l. si cui 7. §. ult. ff. de Accusation. l. solent 7. ff. de Custod. & exhibit. reor.* Ergo etiam in contractibus remittendus est absens ad locum, ubi contraxit: cum criminum & contractuum æqualis sit conditio *arg. l. omnem 20.**

ff. de

221 **ff. de Juristic.** Adhuc vel debitor est obligatus, ad locum contractus accedere, quando citatus fuerit, vel non? Si primum; potest etiam in loco contractus conveniri: eò quòd obligationem comparandi præcedat facultas conveniendi. Si secundum; nequit immisio in bona non-comparentis decerni: qui enim contumax non est, nequit ob contumaciam puniri: qui verò citatus comparere non tenetur, non est contumax; adeoque puniri nequit.

122 Verius tamen cum Covarr. *pract. q. cap. 10. n. 3.* P. König *h. t. à n. 38.* D. Gletle *d. par. 2. q. 3. n. 4.* Struyckio *d. loc. §. 21.* Reverendiss. Guetrather ad *h. t. in 6. n. 95.* declarante sua scripta in *cit. Inst. sub n. 17.* arbitror, ne quid Jure Civili debitorem alter conveniri posse in loco contractus, ac quomodò in *n. 117. ex cap. Romana 1. §. contrahentes h. t. in 6.* expositum est: quia aliquoties jam monitum fuit, Jus Civile cum Canonico concordandum, nisi discordiam implacabilem foveat. Jam verò discordiam, quæ tangitur in fundamentis contrariis, implacabilem non esse, mox appare-

123 bit. Inprimis enim quòd ex *cit. l. heres §. 1. in fin. allatum est, quasi debitor indisciplinè se defendere debeat in loco contractus; indisciplinè nequit accipi, sed debet subintelligi, si ibidem extiterit: vel, si tacitum huic intellectum non admittas, distinctionem aliam, quæ nimirum super obligationem defendendi appellet; admittas necesse est, ut defendere se debeat, non absolute, sed alternativè; vel comparandò, vel immisionem in bona sustinendò.*

Deinde paritas inter delicta & contractus minus legitime desumitur ex *cit. l. omnem 20. ff. de Juristic.* nec; si legitime sumeretur, plusquam respectiva foret; quatenus & delinquens in loco delicti, & contrahens in loco contractus Forum agnoscere obstringuntur: eò tamen discrimine notatò, quòd in criminibus expedita Republicæ, delinquentem ad locum delicti remitti, ut scandalum, scelere datum, exemplò supplicii tollatur; cum tamen contrahentem ad locum contractus remitti, & ibi debitum expungi; *125* salus Republicæ non postulet. Demum concedo, debitorem esse obligatum; ad Forum contractus accedere; sed alternativè, seu conditionatè, non verò absolute & determinatè juxta *num. 123.*

126 Debet itaque debitor in loco contractus reperiri, ut conveniri, & directè ad respondendum cogi possit. Nec sufficit, si tanquam viator aut peregrinus, mox transiturus, in loco divertat; quia *durissimum est, ait Ulpian. in cit. l. heres absens 19. §. 2. ff. de Juristic. quos locis quis navigans vel iter faciens delatus est, tot locis se defendere: ne videlicet à suscepto itinere & negotio impediatur; sed requiritur, ut aliquamdiu, seu per aliquot dies, in loco contractus moretur. Nisi *l.* contrahens cum viatore nefciverit illius conditionem;*

vel *l.* viator eò præcisè intentione ad locum accessisset, ut contraheret; vel *l.* agatur de præstatione eorum, quæ vi contractus in continenti solvenda sunt, uti v. g. est pretium & merx in emptione venditione &c. vel *l.* viator de fuga aut domicilii mutatione suspectus sit *arg. d. l. heres §. 2. & l. consensisse 2. §. 6. ff. de Juristic.* Panormitan. in *cap. ult. h. t. n. 25.* Pax Jordan *Elucubr. divers. lib. 13. tit. 8. à num. 115.* P. Engel *obd. tit. n. 22.* Excep-
128 tionem in studiosis notat Haunold de *J. & F. tom. 5. tit. 1. n. 358.* quòd nempe, si relictiis debitis è loco studiorum discedant; illic à Rectore Magnifico citari possint, ob juramentum, quò in immatriculatione promiserunt, quòd citati se velint sistere.

Petès: utrum, si quis certum locum solutionis destinaverit, nec tamen ad illum locum veniat, præcisè in eò loco conveniri debeat?

Resp. quòd, si obligatio solvendi proveniat ex negotio stricti juris, debitor de rigore non alibi, quam in loco destinatè solutionis, conveniri possit *l. si quis 92. ff. De eò, quod certo loco &c.* Hinc tamen rigorem æquum
130 & Prætoris temperavit, & actionem de eo quòd certo loco (quæ non est nova quoad substantiam, sed tantum quoad qualitatem) concessit, cujus administratò id, quòd alioquin certò loco solvendum erat, alibi petitur, facta tamen commemoratione ejus loci, quò solvi debeat, ut pœnà plus petitionis evitetur *l. aliò loco 1. ff. d. r. §. si quis 3. Inst. de Allion. Di-
131* citur hæc actio specialiter arbitraria: quia Judicis arbitrio relinquunt, æstimare, quid inter sit; non tantum actoris, sed etiam rei; alio in loco, quam convento, conveniri posse *l. arbitraria 2. in pr. ff. d. r. indeque in l. quod si 4. §. un. obd. in fin. singulariter monet [Ctus, quòd Judex agnitatem ante oculos habere debeat. Struyck in usu mod. ad cit. tit. §. 1. & 3. Dixi
132* notanter: *ex negotio stricti juris*: siquidem negotium bonæ fidei ex natura sua connatum sibi habet, quòd solutionem etiam in alio; quam determinatè solutionis loco, creditor liceat urgere *l. in bono 7. in pr. ff. d. r. Struyck ib. cit. §. 1.*

Petès iterum: an igitur in quolibet loco debitor per actionem memoratam conveniri valeat?

Resp. negativè; sed locum, judicii esse locum initæ conventionis vel domicilii, prout defendunt Struv. *exercit. ad pand. 18. th. 69.* Eckold ad *cit. tit. ff. §. 5.* Auti
134 solum locum domicilii, prout verius asserunt Perez ad *tit. Cod. Ubi conveniatur, qui certò loco &c. n. 1.* Miller ad Struv. *l. cit. lit. e.* Lauterbach ad *cit. tit. §. 13.* Clariss. D. Franz ad *tit. de Allion. p. 10. sect. 4. §. 1. n. 20.* per textum in *l. heres 19. §. ult. ff. de Juristic.* ibi: *ibid. sciendum est, eum, qui ita fuit obligatus, ut in Italia solveret, si in provincia habuit domicilium, utriusque conveniri posse, & hic, & ibi.*

§. IV.

In quoniam loco prestanda sit solutio, si quis in pluribus locis eam facere promiserit?

- 135 Quinque casus hic distinguendi veniunt. Potest enim aliquis se I. obligare ad plura loca conjunctivè, v. g. solvam Monachii, & Salisburgi. II. disjunctivè, v. g. solvam Monachii vel Augustæ. III. indeterminatè ad arbitrium creditoris, v. g. solvam, ubicunque tibi placuerit. IV. indeterminatè, sed quasi ad arbitrium debitoris, v. g. solvam, ubicunque reperius fuero. V. partim determinatè partim indeterminatè, v. g. solvam Augustæ, & Ulmæ, & ubicunque creditor voluerit.
- 136 In I. casu solutio in utroque loco facienda est, ita tamen, ut non tota summa utrobique, sed media pars illius v. g. Monachii, media Salisburgi petatur per l. arbitrarie 2. §. 4. ff. De eo, quod certo loco &c. quia solutio propter particulam copulativam in utrumque locum æquis partibus destinata videtur arg. l. reas promittendi 11. §. 1. ff. de Duob. reis constit. Panormit. in cap. de quod vult DEO 1. de Judic. n. 23. Umnius cit. disp. th. 1. sub n. 5. Perez ad d. cit. Cod. n. 7.
- 138 In II. casu solutio in utroque loco & fieri & exigi potest: uterque enim locus fundando Foro sufficiens est arg. l. contraxisse 21. ff. de O. & A. Et, quia in alternativis, quoad solutionem præstandam, electio est penes debitorem cap. in alternativis 70. de R. f. in 6. debitor in utroque loco solutionem præstare potest. Quia præterea electio Fori est penes actorem cap. dilecti 17. h. t. l. arbitrarie 2. §. 3. ff. De eo, quod certo loco &c. poterit quoque solutio ab actore in utroque loco urgeri. Brunnem. ad cit. l. arbitrarie n. 8. & 9. Perez cit. l. num. 6.
- 141 In III. casu quidam, inter quos est Panormit. cit. l. n. 23. volunt, in omni prorsus loco debitorem ad solutionem compelli posse arg. d. eum, qui insulam 43. ff. de Judic. & l. si duo 16.

§. 1. ff. de Pecunia constit. Quidam verò, 142 quibuscum sententiæ Duarenus, Bachovius, Brunnem. ad l. un. Cod. Ubi conveniatur, qui certo loco n. 6. & seqq. putant, debitorem ibi, ubi aliàs Forum ratione domicili, vel contractus initi sortitur, conveniendum esse: eò quòd 143 præsumpta mens contractuum fuisse credatur, non omnem omnino locum pro judiciali conventionem designare, sed illum duntaxat, qui idoneus est. Que posterior opinio 144 vel inde videtur æquior: quia in dubio contrahentes Juri Communi se conformare voluisse creduntur. arg. l. non rellè 3. Cod. de Fidejuss. Nihil, ut eam limitat Clariss. P. Mel. 145 chior Friderich de Fora compet. p. 2. n. 192. in fin. ex circumstantiis possit colligi, quòd debitor ordinario Foro renuntiare voluerit.

In IV. casu, cum intentio contractuum 146 abundè pateat, absque ulteriori hesitatione concludendum arbitror, debitorem ibi, ubi quocunque ex causa moratur, ritè conveniri. Panormitan. in cit. cap. d. n. 23. Antonius de Butrio ib. n. 13. Oliva Fori Eccles. p. 3. q. 22. num. 43. Gall. 2. obs. 36. n. ult. P. Wielner h. t. num. 55.

Quam tamen conclusionem 147 limitandam esse, opinatur P. Friderich cit. l. n. 191. in hypothesis, in qua debitor ex solutione notabile damnum ratione usurarum v. g. vel impensarum subire cogeretur.

In V. casu solutionem in locis expressis, & 148 aliis ejusdem provincie non adeò distitis, reperi posse, cum Kipa, Jaione, Barbosa & pluribus adstruunt cit. Panormit. d. n. 23. Oliva cit. loc. n. 44. Wielner d. l. n. 56. quia clausula generalis, casus quosdam specificè exprimens, alios specificatis similes comprehendere cenetur arg. cap. sedes 15. de Rescript. cap. qui ad agendum 4. de Procurat. in 6. h. ult. §. ult. ff. de Trinito legato.

SECTIO V.

De Foro Delicti.

SUMMARIUM

149 Describitur Forum delicti. 150. Illius introductio. 151. Clerici & Laici ibidem conveniri possunt. 152. Religiosi exempti & non exempti. 153. Plebei & Nobiles. 154. & seq. Nisi specialiter sint privilegiati. 156. Sive delinquant physice, sive moraliter. 157. Graviter vel leviter. 158. Inchoatè vel consummatè. 159. & seq. Si in uno loco fuisse delictum capium, in altero completum, uterque locus fundaret Jurisdictionem. 162. Ubi & si delictum in confinis admittum fuisse. 163. Datur tamen præventioni locus. 164. & seq.

Indicatur modus procedendi contra delinquentem absentem, antea jam citatum. 168. & seq. Ubi & contra absentem, non citatum, si locus nesciatur. 170. & seq. Aus sciatur. 172. & seq. Reus ad locum delicti de Jure Communi, non antea hodierno, remittendus est. 174. & seq. Licet quandoque reus in alieno territorio persequi. 175. Duplex sententia in ea questione, an reus puniri valeat, ubi reperitur? 177. Fundamentum affirmativa. 178. Ratio negativa. 179. & seq. Eligitur affirmativa.

§. I.

§. I.

Quid sit Forum Delicti?

- 149 Quartus titulus & modus Forum Communi Jure sortiendi est Delictum, seu locus, in quo aliquis deliquit. Textus in cap. ult. h. t. l. ult. ff. de Accusat. l. questiones 1. & Authent. quæ in provincia Cod. Ubi de crimin. agi oportet. Ratio hoc Forum introducendi potissimum duplex occurrit. Prima est: quòd in loco delicti ea, quæ ad criminis probationem uti & condemnationem conducunt, in promptu habeantur. Altera: quòd Reipublicæ salus postulat, ibi de scelere vindictam sumi, ubi perpetratum est, quatenus scandalum publicum remediò supplicii reparatur.
- 151 Dixi I. aliquis. Neque distinguendum est I. inter Clericos & Laicos: nam & Clerici, in aliena Diocesi delinquentes, ab Episcopo loci delicti coerceri possunt cap. postulasti 14. h. t. ubi Gonzalez num. 8. & seqq. Schambogen d. t. num. 15.
- 152 Neque distinguendum est II. sintne Clerici Regulares vel Sæculares: quia etiam Regulares, quantumvis exempti, in aliena Diocesi, & extra locum exemptum peccantes, ab Episcopo illius loci pœnæ subijci possunt cap. volentes 1. in pr. de Privileg. in 6. & ibi Barbosa in Collectan. n. 1. & seqq. Wagnerck in exeget. Paserin. in Comment. n. 1. & seqq. Adde Conc. Trident. sess. 7. de reformat. cap. 14. Rotam Rom. in rec. p. 1. decis. 15. & 17. Abbatem in cap. ult. h. t. n. 11. Covarruv. pract. qq. cap. 11. n. 5.
- 153 Neque distinguendum est III. plebejus, an nobilis delictum commiserit: omni liquidum privilegium cessante, & ille, & iste coram Judice loci delicti accusari & puniri valet Auth. qua in provincia Cod. Ubi de Crimin. l. quicunque 1. Cod. Ubi Senat. vel Clariss. Nisi privilegium Fori, in Corpore Juris Communis clausum, extaret, quale olim habebant Illustrès & spe-

ctabiles personæ, quæ, ubi in provinciis deliquerant, ad Præfectum Prætorio, vel Urbis, aut ipsum etiam Principem remitti debebant l. quatenus 3. in pr. & §§ seqq. Cod. d. r. & hodie Comites, Principes, ac Status Imperii habent. Conferantur post Rotam in rec. p. 5. 10. 1. dec. 324. n. 5. & seqq. Umnius cit. disp. th. 2. num. 9. Stryck. sæpe cit. l. ad rit. de Jud. §. 22. ubi in fin. advertit, Principem, alibi delinquentem, à Domino Territorii, ut læsionem ex bonis suis, quantum est possibile, reparet, detineri; in personam vero ipsius nihil statui posse. De Legatis egimus in tract. de Jure Leg. cap. 4. num. 51. & seqq.

Neque distinguendum est: IV. an aliquis 156 causa physica vel moralis delicti fuerit: nam & qui mandavit, aut ratihabuit delictum; sub nomine commissi, in loco commissi sceleris Judicium criminale tenetur subire: textus namque, hæcenus allegati, non distinguunt. Panormit. in cap. ult. h. t. n. 27. Fachin. lib. 9. cap. 25. Perez in Cod. ad rit. Ubi de crimin. n. 7.

Dixi II. deliquit. Quale verò delictum sit, 157 publicum an privatum; ordinarium vel extraordinarium; grave aut leve &c. non attenditur, dummodo ex eo criminaliter agatur per l. questiones eorum criminum 1. Cod. Ubi de Crimin. & l. aliud 131. in fin. ff. de V. S. Ultejus ad cit. l. questiones n. 10. Wefenbeccius ad eund. rit. n. 10. Umnius d. th. 2. n. 8. Si 158 militet, an reus delictum tantum incepit in loco, vel etiam consummaverit, nihil refert d. l. questiones 1. ibi: ubi commissæ vel inchoatæ sunt &c. Cod. Ubi de crimin. quia & conatus ad crimen, & exordium criminis, uti non vacat culpâ, sic nec pœnâ. Struv. & Miller d. exercit. 9. th. 45.

§. II.

Quid Juris, si delictum in uno loco inchoatum, in altero consummatum; aut in confinis admittum fuerit?

- 159 Si delictum in uno loco inchoatum, in altero consummatum fuerit, distinguit cum aliis Carpz. pract. crim. p. 3. q. 110. n. 18. & seqq. sinte unum numerò delictum, ex duobus actibus confusus veluti si flans in territorio Salisburgensi explodat tormentum, & alium, in territorio Bavarico stantem, occidat; aut diversum numerò delictum, veluti si quis falsum instrumentum in uno loco scripserit, in altero produxerit. Primò casu solum Judicem consummati sceleris & factæ occisionis pronuntiat competentem; alterò casu Judicium utriusque consignat.
- 160 Verùm in utroque casu munus judicandi Judicium utrique incumbere, cum communione & veriore, ut ipse ait, sententiâ, sustinet D. Gletle cit. part. 2. pand. q. 5. n. 2. Et meritò: nam cit. l. questiones 1. Cod. Ubi de Crimin. abs-

que distinctione, utrum unum vel diversum sit crimen, tam illi Judici, intra cujus Jurisdictionem delictum est ceptum, quam alteri, intra cujus territorium est absolutum, quaestionem permittit. Cujus ratio est: tum 161 quia, ut in num. 158, dictum, etiam conatus criminis in crimen incidit: tum quia, uti crimen hic incipit, & alibi perficit, locum utrumque violat, ac utrobique malum exemplum spargit. Ergo utrobique ad Judicium & supplicium vocari potest. Adstipulantur huic placito Abbas in sæpe cit. cap. fin. h. t. n. 25. Pirhing h. t. n. 28. Schambogen h. t. num. 17. Franzkius ad rit. ff. de Judic. n. 41. Struv. d. th. 45. Perez ubi supra n. 6.

Si delictum in confinis sit admittum, nec 62 sciatur, in cujus Judicis territorio ceptum, vel perfectum sit, diversissima sunt Authorum sententia.

fenſa. Conſultius tamen illos reſpondere credo, qui utrique Judici facultatem inquirendi, & iudicandi tribuunt: ſic enim & quieti publice magis proſpicitur; & delinquentibus elabendi occaſio ſecurius præcluditur; & ipſa delicta certius calligantur: præcipue cum uelut Judex Jurisdictionem ſufficienter fundatam habeat, cujuſutriuſque Juris-

dictione in confinio violata cenſetur. Abbas d. l. n. 26. Struv. cit. l. Gletle d. p. 2. q. 4. n. 5.

Interim in hac ſecunda & priori quaeritione locus eſt preventioni: & conſequenter iſe, qui prius actum aliquem Jurisdictionis exercuit, ſolus proceſſum criminalem continuare poteſt. Abbas d. l. Perez n. 4. Gletle d. q. 4. num. 6. cum citatis ibidem.

§. III.

Quid agendum, ſi reus delinquens abſit à loco delicti?

164 Dico I. Quando reus ante ſuam abſentiam à Judice loci delicti citatus eſt, poteſt etiam abſente denuo citari; ac, ſi comparere recuſaverit, in Foro Saculari annotari illius bona; in Foro Canonico autem contra abſentes Clericos & contumaces ſuſpenſio ab officio aut beneficio; contra Laicos excommunicatio decerni ſolet. Habentur iſta in cap. veritatis 8. de Dolo cap. accedens 2. & cap. ſeq. Ut lite non conteſt. l. cum abſenti 1. Cod. de Requirit. reis Conſtit. Carol. art. 206.

165 Procedi tamen ulterius contra abſentem, haud poteſt, ſi cum eo, dum præſens erat, liſ conteſtata non fuerit d. l. cum abſenti & l. Divi Severi I. in pr. ff. de Requirit. vel abſent. condemnand. ibi: Divi Severi & Antonini Magni reſcriptum eſt, ne qui abſens puniatur, & hoc jure utimur, ne abſentes damnentur: neque enim, inaudita cauſa, quemquam damnari æquitate ratio patet.

166 Item. Sed hoc variè limitat Brunnem. ad l. abſentem 5. ff. de Pen. & in ſpecie, conformiter ad noſtram doctrinam in c. 2. n. 344. notat in n. 3. contra abſentem ad relegationem

167 & poenam minorem rectè procedi; Oliva quoque Fori Eccleſ. part. 3. q. 20 n. 42. putat, Jure Canonico poſſe à Judice, per viam inquisitionis procedente, citra litiſ conteſtationem, contra reum abſentem, legitime citatum & contumacem, uſque ad definitivam ſententiam procedi per textum in cap. ult. §. ſunt & alii, &c. Ut lite non conteſt.

168 Dico II. Quando reus ante abſentiam non eſt citatus, nec conſtat, in quonam loco moretur, tunc per edictum, in territorio delicti promulgandum, & Eccleſiæ vel curiæ valvis aſſignandum, citari poteſt. Textus in cit. l. Divi Severi 1. §. 2. & in Nov. 134. cap. 5. Quod ſi non compareat, non quidem in perſonam procedi poteſt. Clem. paſtoralis 2. de Senſ. & re judic. ſed, ſi bona in loco delicti habeat, eorum annotatio fieri, aut in ea immiſſio quandoque ſtatui poteſt, juxta doctrinam Panormitani in cap. ult. h. t. n. 6. quem ſequitur P. Wicſtner d. l. n. 75. arg. cap. Romana 1. §. contrahentes h. t. in 6.

170 Dico III. Quando reus eſt abſens, nec ante abſentiam citatus, conſtat autem, quonam in loco habitet, poteſt Judex loci delicti iudicem habitacionis pro remiſſione requirere; hinc de Jure Romano requiſitioni deſerre,

ac reum remittere tenetur. Textus in l. ſent crimem 7. §. ult. ff. de Accuſat. l. capitalium 28. §. 15. ff. de Pen. l. deſertorem 3. in pr. ff. de Remilitari. d. Nov. 134. cap. 5. Et hoc ideo ſtatutum erit, ut in loco commiſſi flagicii ex aſpectu poenæ non tantùm læſi caperent ſolatum, ſed & cæteri à ſimilibus faciſioribus abſterrentur. Stryk. ſape cit. l. §. 26.

172 Dixi de Jure Romano. Hodie liquidem generalis conſuetudine receptum eſt, ut remiſſiones non tam neceſſitatis, quàm urbanitatis ſint, certatim ſcribunt DD. Gail. de pace publ. lib. 1. cap. 16. n. 30. & ſeqq. Perez ad cit. Cod. Ubi de Crim. num. 3. Beſoldus in theſ. præſt. ſub voce Eiferung der Maleficentem. Carpz. præſt. crim. p. 3. q. 110. n. 54. Modest. Piſtor. vol. 1. conf. 29. n. 6. & ſeqq. Stryck. cit. §. 26. Qui- libet enim Status Jurisdictionem ſuam non ſolum defendere, ſed & extendere ſtudet; & hinc, ſi reum in territorio ſuo deprehendat, ipſemet vindictam de delicto ſumere appetit: ideoque ad requiſitionem Judicis loci, in quo delictum eſt admiſſum, non niſi ex benevolentia reus transmittitur, petitis & datis ab illo Judice literis reverſalibus, ut vocant, quibus cavere debet, idem ſe in caſu ſimili facturum.

174 Quæres: an Judex loci delicti delinquentem, ſi per alterius territorium fugiat, inſequi, & in eo deprehendat apprehendere valeat?

Reſp. negativè per textum in cap. ult. de Conſtit. in 6. & l. ult. ff. de Jurisdic. quia talis inſecutio & apprehenſio eſt actus Jurisdictionis contentioſæ, ſeverè in alieno territorio prohibita. Gail. d. cap. n. 27. Quod ipſum tamen hodie ruriſus immutatum, ac non tantùm per Receſſum Imperii de anno 1559. §. und haben 22. permiſſum eſt, quod latrones, viarum graſſatores, alique pacis perturbatores in alieno proſequi liceat; ſed & in aliis criminibus id conſuetudine conſeſſum, modò deprehenſus in alieno territorio mox Judicis illius loci ſiſtatur, atque ab eo petatur ejus deſtentio & remiſſio. Beſoldus cit. loc. ſub voce Nachſyl. Stryck. cit. tit. §. 25. in ſin. quò caſu tamen in arbitrio Domini illius territorii remanere, an remittere delinquentem velit, vel non, ſecundùm mox dicta in num. 172. docet idem Stryck.

§. IV.

§. IV.

Poſſitne delinquens, ſi extra domicilium & locum delicti moretur, ibi puniri, ubi reperitur?

176 Sententia affirmativa & negativa ſuos habet Patronos. Affirmativam ſovent poſt Bartolum & Cujacium Vultejus ad l. quaſtiones 1. Cod. Ubi de Crimin. num. 26. & plur. ſeqq. Perez ad eund. cit. n. 2. Welenbec. ad cit. l. n. 2. Ummius cit. diſp. 4. th. 2. n. 11. Brunnem. ibid. n. 20. quorum vexilla ſecutus eſt Marianus Socinus in cap. de illis autem 1. de Rapto. n. 15. in ſin. aſſerens, ultra centum hominum millia ſic necata fuiſſe. Negativam tventurum Azone, Accurfio, Claro, Farinaccio & Covarruv. Var. reſol. lib. 1. cap. 11. n. 9. Fachin. lib. 9. contro. cap. 20.

177 Prima ſententia fautoribus ſerviunt textus in l. præſes 3. in ſin. ff. de Offic. Praef. ubi [Ctus, Præſidis provincia officium eſſe, ait, malis hominibus provinciam purgare; nec diſtinguitur, unde ſunt; & in l. quaſtiones cit. Cod. Ubi de Crimin. ubi ab Imperatoribus conſtitutum legitur, quaſtiones criminum, publicorum & privatorum, non ſolum ubi commiſſa vel inchoata ſunt, ſed etiam NB. ubi reperuntur, qui veſteſe peribentur criminis, perfici debere; & in l. ſciens 2. Cod. eod. ubi crimen plagii ibi, ubi plagiarius degit, iudicandum eſſe, Principes decernunt.

178 Secunda ſententia tutoribus præter Jura-

generalia, quæ extra Forum domicilii, contractus, rei ſitæ, & delicti, aliud non agnoſcunt, patrocinatur in: quòd Magiſtratus quilibet rerum & actuum, in ſuo diſtrictu accidentium; non eorum, quæ alibi ſunt & ſunt, curam habere debeat.

Ex duabus hiſ ſententiis priorem Civili; poſteriore Juri Canonico magis conſentaneam iudicat Clariffimus P. Wicſtner h. t. n. 89. Ego, ſalvò aliorum Judiciorum, utramque probabilem, ac in praxi conjunctive loci conſuetudinem attendendam, arbitror: priorem verò, in utroque Canonico & Civili Jure, magis roboratam, & in pluribus locis receptam, exiſtimo: ut ut enim, Canonico præſentim Jure, quatuor ſolummodò Fori genera reperiantur prodita, illa tamen in ſolis cauſis civilibus eſſe competentia; in criminalibus autem & illum locum, in quo criminofos degunt, Forum ſuppeditare, tum citati textus Civiles, Jure Canonico tacite per cap. 1. & 2. de N. O. N. recepti; tum ratio publicæ utilitatis, demonſtrant, ut ſcilicet ed magis evitentur delicta, quò minus à poena ſecuros ſe eſſe ſciunt delinquentes, quòcunque locorum ſe converterint.

SECTIO VI.

De Foro Clericorum.

SUMMARIA.

181. Ex ſpecialibus Foris primum eſt Clericorum. 182. Gaudens illò Religioſi. 183. Clerici in minoribus, habitum portantes. 184. Clerici in majoribus, dimiſſo etiam habitu converſantes. 185. & ſeqq. Clerici conjugati. 188. & ſeqq. Clericus actor non habet Forum ſpeciale. 190. Sed reus habet Forum Eccleſiaſticum. 191. Apud Episcopum proprium. 192. & ſeqq. Vel, ſi Regularis ſit, apud ſuum Prælatum domeſticum. 194. Clericus ſallus nequit coram Judice Saculari de actibus præteritis conveniri. 195. Si ad Clericatum acceſſerit bona fide. 196. Non etiam, ſi in fraudem Judicis Sacularis. 197. Quò tamen caſu nequit in corpore puniri. 198. Reverſus ad ſeculum ob delicta in Clericatu nequit à ſaculari Judice diſjudicari. 199. Ratio datur. 200. Ad dicitur diſparitas inter hunc & priorem caſum. 201. & ſeqq. Agitur de familiaribus Clericorum. 203. Clericorum exemptio in perſonalibus eſt certa. 204. & ſeqq. Si Clericus ſi hæres Laici, non poteſt conveniri in Foro ſaculari. 206. & ſeqq. Licet liſ capta jam fuerit. 218. & ſeqq. Limitatur aſſertum. 220. & ſeqq. Tenetur autem emptorem Laicum in

Foro Saculari defendere. 228. Tanquàm Curator vel tutor nequit in eo Foro paſſari. 229. & ſeqq. Alitio quadrupedaria contra Clericos in Foro Eccleſiaſtico movenda. 231. Clerici in realibus quoque cauſis exempti ſunt. 232. & ſeqq. Demonstratur. 237. & ſeqq. Latic diſcutitur, qualiter contraria conſuetudo poſſit colorari. 253. & ſeqq. Præcipue autem in criminalibus ſunt privilegiati. 256. & ſeqq. Ubi quidem ſecundùm aliquos puniri poſſunt à Principe Laico, cui ſerviunt. 260. & ſeqq. Rationes ſententia contraria. 263. & ſeqq. Prioris argumenta reſolvuntur. 267. & ſeqq. Gaudens Foro Clericali, licet in Foro Saculari falſum teſtimonium dicant. 269. & ſeqq. Aut velit al non ſolverint. 271. & ſeqq. Aut crimen Majeſtatis admiferint. 273. Quòd tamen limitatur. 274. & ſeqq. Capi poſſunt, ſi periculum ſit gravioris mali. 276. & ſeqq. Aut in flagranti deprehendantur. 280. & ſeqq. In cauſis ſecularibus Saculari Foro ſubſunt. 285. Quòd Judicium ad Judicem ſecularium ſpeſtat. 286. & ſeqq. Examinatur contraverſia: an Dominus ſeculari poſſit cognoscere de Vaſalli Clerici delicta?